

sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici³⁾ assignatis, prebendam vero per nos, vt premittitur, reseruatum⁴⁾ in eadem ecclesia, si tempore huiusmodi nostre reseruacionis vacabat vel extunc vacauit ibidem aut cum eam inibi vacare contigerit, eidem Gerardo post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eadem auctoritate conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum sibi que facientes de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra etc. Datum vt supra.

Tryckt i FMU 1, n. 617; rubricellen i Arbusow, II. Römischer Arbeitsbericht, s. 561, n. 170.

¹⁻¹⁾ Ej i Vat. ²⁾ Överstr. i Auin.: et prebendam. ³⁾ Så även i Vat. ⁴⁾ Så Vat.; i Auin.: eandam. ⁵⁾ Vat.: volueritis. ⁶⁾ Överstr. i Aiun.: statutis. Efter 'apostolica' (det följande fjärde ordet) överstr. i Auin.: iuran. ⁷⁾ Tillagt i marg. i Auin. ⁸⁾ Överstr. i Auin.: conferre et assignare curetis. ⁹⁾ Överstr. i Auin.: si.

5369.

1352 juli 17.

Avignon.

Clemens 6 utfärdar, efter supplik av konung Magnus (se SD 5362), provisionsbulla för Rotkerus Hermanni, scolaris i Paris, på kanonikat och expektans på prebende vid Skara domkyrka och tillskriver härom de utsedda exekutorerna, abboten i Varnhems kloster i Skara stift, prosten vid Mariakyrkan i Konungahälla i Oslo stift samt sakristanen i Avignon (jfr SD 5447).

Vatik ark. Reg. Auin. 120, f. 331 v—332 r (f. 323 r: De canonicatu sub expectatione prebende anni vndecimi domini Clementis diuina prouidencia pape sexti quaternus 1). — Reg. Vat. 212, f. 193 v—194 r, ep. cccclxxxiii).

1-) $\frac{1}{x} \frac{1}{x} -1)$

Dilecto filio Rotkero Hermanni, canonico Scarensi, salutem etc. Honestas morum et vite aliaque tuarum dona virtutum, super quibus apud nos fidedignorum commendaris testimonio, promerentur, vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Volentes itaque tibi, vt asseritur Parisius scolari, premissorum meritorum tuorum intuitu necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Magni, Suecie et Norwegie regis illustris, pro te nobis super hoc humiliter supplicantis, gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Scarensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo eciam prouidemus. Prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacauerit, quam tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra vnius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori de ipsius prebende vacacione constiterit, duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptacionem eandem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, donacioni apostolice reseruamus, districtius inhi-bentes venerabili fratri nostro . . episcopo et dilectis filiis capitulo Scarensi ac illi vel illis, ad quem²⁾ ad quos in eadem ecclesia prebendarum collacio, prouisio, presentacio seu queuis alia dispositio pertinet communiter vel diuisim, ne de dicta prebenda interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod tu vel procurator predictus illam nolueritis³⁾ acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac decernentes

exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus de certo canonicorum numero et aliis quibuscumque statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie contrariis, iuramento, *se SD 5256 t. o. m. 'sit processum' med var. e, h*, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ipsa ecclesia receptis vel prebendas expectantibus in eadem te in assecucionem dicte prebende volumus anteferri sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem, prouisionem, presentacionem seu *se SD 5256 t. o. m. 'illud prestes'*. Nulli ergo etc. nostre collacionis, prouisionis, reseruacionis, inhibicionis et constitucionis infringere etc. Datum Auinione xvi kalendas augusti anno vndecimo.

In eodem modo dilectis filiis . . abbati monasterii Warneem et . . preposito ad beatam Virginem Kununghellis Scarensis et Osloensis dyocesium ac . . sacriste Auinionensis ecclesiarum salutem etc. Honestas morum etc. vsque prestes.⁴⁾ Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Rotkerum vel procuratorem suum eius nomine faciatis auctoritate nostra in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, prebendam vero per nos vt premittitur in eadem ecclesia reseruatum, si tempore huiusmodi nostre reseruacionis vacabat vel extunc vacauit ibidem aut cum eam inibi vacare contigerit, eidem Rotkero post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eadem auctoritate conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinenciarum predictorum eadem auctoritate et defendentes inductum sibi que facientes de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint⁵⁻⁾ per litteras⁵⁾ apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra etc. Datum vt supra.

¹⁻¹⁾ Saknas i Vat. ²⁾ 'vel' saknas i såväl Auin. som Vat. ³⁾ Vat.: volueritis. ⁴⁾ Vat.: prestat. ⁵⁻⁵⁾ Dubbelskr. i Auin.

5370.

1352 juli 25.

Avignon.

Clemens 6 bifaller en supplik av Mathias Laurentii, magister in artibus, att erhålla provision på ett prebende vid domkyrkan i Västerås, som blivit ledigt genom kaniken Laurentius' Hemmingi död och sedan med iakttagande av föreskrivna kanoniska former tagits i besittning av Mathias, vilken dock ansett sig böra ånyo (jfr SD 5200) hänskjuta provisionssaken till påven på grund av att Laurentius avlidit under en för jubelåret företagen Romresa. (Jfr bulla i SD 5393.)

Vatik. ark. Reg. Supplic. 24, f. 85 (mm^{xxv}) v.

Significat sanctitati vestre deuotus orator vester Mathias Laurencii, magister in artibus, quod ipse nuper vigore litterarum vestrarum, per quas prebendam Arosien-